



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliotheca Rhetorum

In quo Causae Forenses, Liber Epistolarum, Liber Fabularum, Et
Oratiunculae

Le Jay, Gabriel François

Ingolstadij, 1726

Testudo & Anates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71049](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71049)

labor. At ludis operam ædepol, si frangere rostro squameam tentas domum. Sed fursum in auras evola, quantum potes. Dein rupem in istam fortiter mitte Ostreum. Infracta saxo squama inclusam offeret prædam, & te compotem voti dabit. Bene est, subjecit Aquila, monenti obsequor. Mox illa in altum fertur, medióque ex aère incauta laxat, quod tenebat, Ostreum. Affixa terris interim Cornicula, ut vidit liberos carcere effracto cibos, prædâ potitur obviâ, & solas relinquit Aquilæ testæ reliquias.

EPIMYTHION.

Consulere stultum est, quos juvat consilium dare.

TESTUDO ET ANATES.

Inceffit olim Testudinem peregrinandi desiderium, & varias mundi plagas perlustrandi curiositas, adeò verum illud est, quod ajunt; hanc esse tardipedum indolem, ut habitare vix possint domi. Illa geminos Anates conspicata, næ felices vos, inquit, ac fortunatos, quibus utramque solis domum licet visere, & diversos terrarum tractus contemplari, cum lubet! O si minùs obesset tarditas, & illa, quam gesto super humeros, domus! Pol cavo non immerer ingloria. Næ te ista sollicitudo maceret, subjiciunt Anates. Possumus ambo, si voles, curiositatem explere tuam, & à Gadibus ad Gangem deferre te cupidam longiùs. Ego verò ac lubens

bens, retulit Testudo: neque ero, confidite, beneficii immemor. Tum illi; non erit mora longa: eni bacillum accipe, & medium stringe dentibus. Simul & bacillum Testudini per os inferunt: at cave, addunt illi, arreptum mordicus dimiseris. Mox acceptâ utrinque virgâ attollunt Anates Testudinem, & liquidas per auras ambo deferunt. Visum illud omnibus prodigium, & concurrentibus undique ad spectandam volentem Testudinem, imò & Regimam Testudinum salutantibus; illa gestiens in sinu, & lætitiæ impatiens, vero verius, inquit, Regimam sum. Næ fecisset illa consilius, si tacuisset: nam aperto imprudenter ore dimisit dentibus, quo sustentabatur, baculum, & in terram allis graviter curiositatis & ineptæ jactantiæ perculit.

EPIMYTHION.

Natura dux est optima; quam ire contra tutò non licet.

MUSTELA, LEPUS ET FELIS.

DUm molli pascitur gramine, & virentes per agros ludibundus errat Lepusculus, absentis in cavum Mustela furtim irrepit, & alieno in hospicio penates locavit suos. Redux serâ sub nocte Lepusculus miratur occupatam domum, & Mustelam increpans, quid agis, inquit, ô mala? Decede laribus non tuis, & vasa, si sapias, quamprimum collige. Ni facias, est in propinquo Murium legio non ignobilis, que